THOMAS EBENDORFER

Raum Wien (?), Mitte 15. Jh. Seite 228r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35411
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Sermo de penitencia

228.

dicens Omnes peccauerunt et egent
gloria dei i gratia Et Ro. 4 Cum
adhuc peccatores essemus secundum tempus
Christus pro nobis mortuus est Et prima
ad Thy. 1o Christus ihesus venit in hunc
mundum peccatores saluos facere quorum
primus ego sum Unde a fortiori no-
strum quilibet debet se vere magis
peccatorem fateri quanto magis in
mundo conuersatus est et non solum
verbo sed multis factis et forte
turpibus cogitacionibus suum cre-
atorem offendit et ideo debet
facere dignos fructus penitencie quibus
reconciliet sibi deum pro suis sibi
peccatis Iratum dicente Ewangelista
Mt. 3 Penitenciam agite appropin-
quabit enim regnum celorum Et
notanter dicit penitenciam agite et non
dicit penitenciam cogitate qualis est
penitencia per cristinacium penitenciam nec dicit
penitenciam docete et non facite qualis
est penitencia verborum nec dicit penitenciam
ostendite qualis est penitencia ypocri-
tarum sed penitenciam agite qualis est
deuotorum yranorum Facite ergo dig-
nos fructus penitencie i penitenciam
fructiferam et dignam Facite ergo
non destruite ut continuet diu-
ternitas quia nemo mittens manum
ad aratrum et respiciens retro
aptus est regno dei Luc. 11mo Fruc-
tiferam ut informet caritas
quia sine caritate nichil prodest
prima Cor. 13 Et ult. Omnia opera
vestra in caritate fiant dignam ut
mensuret equitas quia secundum qualitatem
et quantitatem debet fieri Apoc.
18 Quantum se glorificauit et in de-
liciis fuit tantum quidam ergo faciunt
penitenciam sed non fructus penitencie quia sine
caritate quidem faciunt fructus penitencie

sed non dignos quia non secundum cul-
pe qualitatem et quantitatem Faciamus
ergo ex caritate et dei amore fruc-
tus penitencie ut propter dei offensam
doleamus et ipsum nobis reconciliemus
Debemus ergo omnes isto sacratissimo
tempore fructus penitencie facere dignos
propter octo primo propter amorem Christi
patris nostri quem offendimus et eius
bonitatem qui dissimulat nichi-
lominus peccata hominum propter penitenciam
Sap. 11 Sic enim nostris peccatis offen-
dimus suam clemenciam a quo
tot beneficia recepimus Ab ipso
enim nobis datum est esse et viuere
sensus racio et quidquid sumus
Qui pro nobis non solum homo fieri
sed etiam mori voluit exemplo cuiusdam
auis nomine Arpia de qua Albertus
magnus in libro de animalibus quod sit
auis habens faciem quasi hominis et est
multum crudelis in tantum quod famesc-
cens inuadit et si potest occidit hominem
siciens vero volat ad aquas
et dum proprium vultum contemplatur et
sibi similem se occidisse remeno-
rans dolore tanto compatitur quanquam
quod inde moritur Sic in proposito quia
fratrem nostrum Christum peccatis nostris quasi
vice altera crucifigimus Unde
Bernardus ex consideracione remedii pe-
riculi mei estimo quantitatem filius
enim occidi iubetur vulneribus meis
precio sanguinis illius balsamo me-
deatur Agnosce homo quam grauia
sint illa vulnera pro quibus necesse
est Christum deum vulnerari Sic
medicine estimacio est doloris
et timoris exageracio Secundo ad
penitenciam incitamur ex dolore pro gra-
cia quam amisimus Per culpam enim
et quasi momentaneam delectacionem
prius filii dei facti sumus filii diaboli

fructus penitencie facere dignos propter octo